



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Papa.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

*Pactum, vide Contractus.*

## PALLIVM.

1. **P**allio quo significatur plenitudo officij Pontificalis, vtitur Archiepiscopus in Missa solemni, in prouincia, non autem extra Ecclesiam, vt in processionibus, aut alijs, nec id potest alteri commodare.

\*Syl.V. Pallium, c. Pallium d. 100.

2. Antequam Pallium accipiat, non debet ordinare, aut consecrare, nec Ecclesiam dedicare, nec Concilium vocare.

\*Syl.l.c. Vide Cucum, lib. 1. Insti. canon.

3. Debet cum eo sepeliri. § Syl.l.c.

*Papa, vide Electio, Lex.*

1. **P**apæ electio Simoniaca ipso facto nulla. *Ex Conc. Lat.* Quidam tamen dicunt opus esse sententia condemnatoria.

\*Vide *Fum. V. Papa.*

2. Nulla Excommunicatio aut Censura impedit Papæ electionem. *Ex Pio IV.*

3. Tractans de eligendo Papa, Papa viuente, est excommunicatus excommunicatione Papæ reseruata. *Ex Paulo IV.*

4. Papam peccare non seruando legem humanam, aut in eo dispensando sine causa, affirmat Nauarr. itemque si antea fuit Religiosus, nullum habere pecuniæ dominium, sed solam administrationem.

\*Item)

\*Item) *Nau. de red. eccles. mon. 55 nu. 9.*

5 Papæ subditur omnis Potestas, etiam sæcularis, quatenus exigit salus animarum.

\*Vide *Sot. d. 25. q. 2. art. 1. Albertum Pighium l. 5. hier. arc. Eccles. Sanderum l. 2. c. 2. de visibili monarch. Nau. in c. Nouit. de Iud. Not. 3. Driedor. em lib. 1. de lib. eccles. c. 15. 16. Vualdensem lib. 2. doct. fid. art. 3. à c. 76. Bellar. t. 1. lib. 5. de Summo Pont. f. c. 6. 7. Mol. t. 1. d. 29. col. 153. Quidam tamen inrisperiti putarunt, Summum Pontificem utprema ciuili potestate pollere, Vide *Nau. Mol. l. c. Bellar. c. 2. 3. l. c.**

6 Papa ob solam hæresim potest accusari, condemnari, excommunicari, & deponi.

\*Vide *Syl. Papa nu. 4. Furs. n. 10.*

*Io. Turrecr. l. 4. p. 2. c. 20.* Papam, ait, per hæresim etiam mentalem à Deo depositum posse ab Ecclesia talè declarari, & re ipsa deponi.

*Alb. Pighius de eccles. Hier. l. 4. c. 8.* Papam non posse hæreticum esse, docet, sed nulla ex his sententijs placet Bellar.

*Caiet. de auct. Papæ, & Conc. c. 20. 21.* falsò putat, teste Bellar. eruditissimo, firmissimoque catholicæ doctrinæ propugnaculo, Papam hæreticum manifestum ipso facto depositum non esse.

Veteres Patres, Cyprianus præcipuè *lib. 4. Epist. 2.* & multi recentiores Theologi *Dried. de script. & dogm. eccles. Cano. lib. 4. c. 2. de locis; Bellar. lib. 2. de Summo Pont. c. 30.* Pontificem patentem

patentem hæreticum supremam Iurisdictionem Ecclesiasticam amittere, docuere, & ab Ecclesia iudicari, & puniri posse.

7 Papam ait S. Antoninus plura posse quam nobis, vel ipsi compertum sit.

8 Papa potest esse Iudex in causa propria & absoluere ab obligatione qua quis homini tenetur, & secum in votis dispensare, & legē à se aut præcessore latam reuocare, eiusque etiam effectus priores, & cuique beneficium validè auferre, etiam sine causa, habet enim in beneficijs plenariam dispositionem.

\*Papa § Syl. l. c. Fum. n. 13.

Et legem § Nau. conf. 2. qui filij sint. n. 13.

Beneficium § V. de simonia n. 50. Val. l. 3. d. 6. q. 16. p. 2. q. 7. negant posse Papam sine causa auferre beneficij fructus.

9 Ad Papam appellari potest à cuiusvis sententia. \*Vide Fum. l. c. n. 6.

*Parentes, vide Alimenta, Hereditas, Societas.*

1. **P**arentum negligentiam in docendo filios, aut curando vt discant Pater noster, Credo, & Dei præcepta, mortale esse quidam valde probabiliter affirmant.

\*De potestate Patris in filios Mol. d. 23. de arrogatione, & adoptione d. 227.

Quousque parentes teneantur filias dotare Mol. d. 424.

De